



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

Dominica XXVI.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35233**

*c* Gen. 17. 71. Circumcidetis carnem preputij vestri, ut sit in signum fœderis inter me & vos. Rom. 4. 11. Et signum accepit circumcisionis signaculum iustitiæ fidei, quæ est in preputio. Exo. 13. v. 9. Erit quasi signum in manu tua. &c.

*R*ESP. In Vet. Test. erat id signaculum gratiæ promissionis: at in Nouo sunt instrumenta realis exhibitionis; ac signa gratiæ inuisibilis & præsentis, in vfu debito.

1. Cor. 11. Hoc est Corpus meum: Hoc facite in meam Commemorationem.

Si Hoc est, ut est ergo realiter præsens Est Ipsissimum; & non significatur absens. Hoc Facimus autem in Commemorationem Vnici Cruenti Sacrificij in Cruce oblatis. Nil igitur vel specietateus concludit Calvinismus.

### QVÆSTIO LXVII.

Num utraque igitur, & Verbum & Sacramenta, eo spectant, ut fidem nostram ad sacrificium Christi in cruce peractum, tanquam ad vnicum nostræ salutis fundamentum, deducant?

*R*ESP. Ita est: sed non solum: Nam Spiritus Sanctus docet Euangelio, & confirmat Sacramentis, & Res. Sacramenti sanat, roboratque animas, docetque omnem nostram salutem positam esse principaliter in vnico sacrificio Christi, pro nobis in cruce oblatis: unde ad incruenta Sacrificia & Sacramenta vis ex opere operato promanans; & per hæc ad nos.

a1. Cor. 1. 23. 1. Cor. 3. 11. b Mat. 26. 28.

### QVÆSTIO LXVIII.

Quot Sacramenta instituit Christus: in nouo fœdere?

*R*ESP. Non duo solum Baptismum, & sacram Cœnam: sed & alia quinque: Confirmationem, Pœnitentiam, Ord. Matrim. & Extremam Vnctionem.

a In quæst. 71. b In quæst. 77.

## DE BAPTISMO

### DOMINICA XXVI.

#### QVÆSTIO LXIX.

Quâ ratione in Baptismo sanaris, admeris & confirmaris, te vnici illius incruenti sacrificij Christi participem esse?

*R*ESP. Quod Christus externum aquæ lauacrum mandauit, addita hac promissione, me non minus certo ipsius sanguine & Spiritu, vi Sacramenti sic efficietis, à sordibus animæ, h. e. ab omnibus peccatis lauari: quam aqua extrinsecus ablutus sum, qua sordes corporis expurgari solent.

a In quæst. 71. b Tit. 3. 5. Act. 22. 16.

#### QVÆSTIO LXX.

Quid est Sanguine & Spiritu Christi: ablu in Baptismo?

*R*ESP. Est accipere per Sacramentum à Deo remissionem peccatorum gratis, propter Sanguinē Christi, quem is pro nobis in tuo Sacrificio

\*reno-  
uati,

cio in cruce profudit<sup>a</sup>: deinde etiam, per Spiritum Sanctum<sup>\*</sup> vi Sacramenti regenerari, & ipso Baptismo sanctificante membrum Christi fieri<sup>b</sup>, quo magis ac magis peccatis moriamur *ijs abstinentes*, & sancte inculpateque viuamus<sup>c</sup>.

<sup>a</sup> 1. Cor. 6. 11. 6 Eph. 4. 22. 23. 24.

## QVÆSTIO LXXI.

*Vbi promisit Christus, se nos tam certo sanguine & Spiritu suo abluturum, quam aqua Baptismi abluti sumus? Et id vtrumque in vno lauacro Sacramenti?*

RESP. In institutione Baptismi, cuius hæc sunt verba. *Ite & docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluabitur: qui vero non crediderit, condemnabitur.*

Hæc promissio repetitur, cum Scriptura Baptismum nominat lauacrum regenerationis<sup>a</sup>, & ablutionem peccatorum<sup>b</sup>.

<sup>a</sup> Tit. 3. 5. <sup>b</sup> Act. 22. 16.

Sciendum: Verbum & elementum abluere animas intimè, suapte vi propria Sacramentali: Hanc vim autem promanare ex latere Christi, communiter quidem ex æquo in omnia Sacramenta septem; Operari tamen in alio aliter, atque alio: & in singulis specialiter.



## DOMINICA XXVII.

## QVÆSTIO LXXII.

*Estne ergo externus Baptismus aqua, ipsa peccatorum ablutio?*

RESP. Non est<sup>a</sup>. Nisi accedente verbo ad elementum. Nam non solus sanguis Iesu Christi purgat nos ab omni peccato<sup>b</sup>, sed mediatè per Baptismum.

<sup>a</sup> 1. Pet. 3. 21. <sup>b</sup> Ioh. 19. 34. 1. Ioh. 5. 6.

## QVÆSTIO LXXIII.

*Cur ergo Spiritus Sanctus Baptismum appellat lauacrum regenerationis: & ablutionem peccatorum?*

RESP. Deus non sine graui causa sic loquitur: videlicet non solum vt nos doceat, quemadmodum fordes corporis aquâ purgantur<sup>a</sup>, sic peccata nostra Sanguine<sup>b</sup>, & Spiritu Christi<sup>c</sup> vi Baptismi expiari; verum multo magis, vt nobis hoc diuino remedio ac pignore certum faciat, nos non minus verè a peccatis nostris interna lotionè abluui, quam externa & visibili aqua abluti sumus *d corpore, & maxime in anima.*

<sup>a</sup> Ezech. 16. 4. <sup>b</sup> Apoc. 1. 5. <sup>c</sup> Efa. 4. 4. <sup>d</sup> Act. 2. 38. Gal. 3. 27.

QVÆ-